Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Carmina votiva quibus Viro Praelarissimo & Consultissimo Dn. Matthiae Schrodero De novella Licentiatus Dignitate & honore gratulantur Fautores & Amici

Rostochii: Kilius, 1664

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735193606

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Beweis

RU jur. 1660

Hermann Lembke, Praes.

Matthias Schröder, Resp. 1b

mit Programm u. Gratulationen

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735193606/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735193606/phys_0002
DFG

Carmina votiva
quibus
Viro Præclariſſimo & Conſultiſſimo
DN. MATTHIÆ
SCHRODERO
De novella LICENTIATUS Dignitate
& honore
gratulantur
Fautores & Amici.

Roſtochii, Typis JOHANNIS KILII, Acad Typogr. 1664.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735193606/phys_0003
DFG

NEc Te deficiant Noſtræ SCHRODERE Camœnæ
Carminibus ſolitis; quem pectoris incluta virtus
Et tituli generoſus amor laudisve cupido
Suſcitat, & longùm puerilibus adſtitit annis.
I nunc & Genii quo te fert impetus ardens
Carpe viam, nec ſpes Patrem nec cura fefellit,
Conatusve bonos, quos das, Aſtræa moratur.
En optatus adeſt finis; ſic Balthica noſtra
Quem tua ſedulitas meruit, decernit honorem;
Proderit ille diu: Patriæ ſit commodus, atque
Reſpiciat cunctos divini numinis uſus.

Honoris & congrat. ergò
f.

T. Schmidt / D.

SCHRODERE, cui doctrina, candor, & morum
Integritas laudem paravit ex vero:

Quonam

Quonam feramus Te, ſatis diu notum,
Super poli ſedem? ſed es metro noſtro
Haud indigens, inanis ut nec arridet
Labos; puer pertæſus es vagas curas,
Gregemque profanum, ſecutus extemplo
Præclara caſtra, Palladisq; ſuggeſtus.
Sic nunc adeſt ſuſpiriis tot oratus
Dies, & ipſa te ſuis Themis gnatum
Interſerit, ſtudîque præmium confert.
En ſume cura maxima decus partum,
Longique ſudoris moras vireſcenti
Solare gloriâ, vocabulo quanto!
Sic ambulanti laudis ad notam, noſmet
Accedimus, damusque vota currenti.

Sic honoris & amoris ergo congratul.

A. Amſel/ L.

O SCHRODERE novi cui jam quæruntur honores,
Orditurque recens nomen herile Themis.
Sat bene ſatque diu generoſus hic indolis ignis
Eſt Academiæ, notus & omne decus.
Hunc mirata Virum Reſpublica noſtra, docentque
Pulpita, queîs olim creverat ille notis.

Nunc

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735193606/phys_0005
DFG

Nunc Patris impletur votum, digneq; ſupellex
Qualis erat ſtudiis attenuata redit.
Ergò jure novum fert nunc tibi laurea nomen,
Perpetuo cingens frondis honore comam.
Ut te cui myſtes hodie delectus & audis,
Vivificet Divæ flos & humectet humor.
Sic voveo: ſuſpiratuque viriliter inſto,
Fiat, & hoc famæ comprobet omne fides.

f.

G. Amſel/ LL. Stud.

ERgo ritè ſui cuivis dicantur honores,
Ac habeat Genius ſemper & ardor epos.
Tu mihi das cauſam nugoſi carminis, & quem
Charta minus capiet, vis tuus extet honor.
Nil aliud SCHRODERE tuas eſt dicere laudes,
Quam flores pratis addere, gramen agris.
Miratur dudum vigiles Academia curas,
Ceſſantesq; parum ſedulitatis opes.
Eſt legum jurisq; vigor certiſſimus, esq;
Quod Charites digitis expoliere palam.
Eſt pietas, eſt vita Deo ſervata, ſedetq;
Qualis apud Veteres traditur eſſe fides.
Nunc ſuper his accedit honos, quo Phœbus alumnum
Dignatur, meritis obveniensque decus.
Sit votum: Tu vive diu, Dii cœpta ſecundent,
Et noviter partus dent bene vertat honor.

Ita de novis honoribus feſtinanti calamo
gratulari voluit

JOHAN. WEGENER LL. Stud.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735193606/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735193606/phys_0008
DFG

aliquam præſumtionem ſit eliſa *Hahn. ad Weſ. de* [illegible] nopia probationum
pro exploranda veritate, et. ex officio deferre ten[illegible] *cred. l. 31 ff. de jurej.*
junct. c. 11. cauſ. 36. q. 5. Gaill. 1. O. n. 108. nec impedit illi [illegible] cauſæ concluſio *d. l.*
3. d. c. ult Salyc: ad d l. 3. n. 29. Quod ſi tam actor qu[illegible] enè probaverit, nec
pro alterutro major præſumtio victoriæ & verita[illegible] t an rei exceptio ſe-
miplenè probata ſit directo contraria intentioni a[illegible] nè probantis, ita ut
invicem ſe non compatiantur, an v. non, priori c[illegible] n pari cauſa reusque
favorabilior actore *l. 25 d. R. I.* reus eſt abſolvendu[illegible] e juramenti *l. 4. C. de*
Edend: poſteriori caſu licet actor probaverit ſuam [illegible] reo tn. deferri debet
ſacramentum ſuper exceptione ſemiplenè prob[illegible] l, quando reus nihil
probavit *Salyc. ad l. 3 C de R. C. n. 26.* Habet locum [illegible] n in civilibus exigui
ponderis *Jaſ. in l. 31. de jurej n. 260. verſ. quintus caſ*[illegible] ibus *l: ult. C. de prob:*
aut iis, qui maximi ſunt momenti *Salyc. ad d. l. n. 27*[illegible] matrimoniales, licet
in his ſi plus quàm ſemiplenè fuerit probatum, lo[illegible] ur *Schn. ad J. de nupt.*
n. 29 de Sponſ. modo agatur de matrimonio contr[illegible] impediendo aut di-
ſtrahendo *Salyc. ad d. l. 3. n. 6.* Judiciale a: & volunt[illegible] oſſunt ſuper quavis
cauſa civili, tam privata quàm publica & famoſa [illegible] *o. §. 3. ff. de jurej.* non
v. criminali, niſi quoad præjudicium partis *Salyc.* [illegible] *ad § 11 J de col n. 22.*
& 24. In matrimonialibus pro matrimonio, non [illegible] tuntur *Schn. d. l. n. 26.*
Inſuper jusjurandum neceſſariam à cœteris in ho[illegible] m naturam, quod 1.
nec referri nec remitti poſſit, ſed nulla interpoſit[illegible] quæ aliàs fieri poteſt
non ſolum ab illius delatione ſed et. ſi ſit lata ſent[illegible] urejurando *Berch. de.*
jurej. c. f n. 17. Mynſ 2. O. 14) neceſſario ſub pœna ſuc[illegible] ſtari debeat *d l. 3. d. l.*
12. § 2. C. h. t. Mynſ. 2. O. 39. niſi revocatio ſit facta [illegible] *C. junct. l 14. de re jud.*
2. Quod prætextu perjurii inſtrum. poſtea reper[illegible] tetur *l. 31. ff. de jurej.*
non quidẽ ipſo jure ſed num ope reſtitut. in integ[illegible] res clara fiet in publ.
diſcurſu. Aliquãdo et. juram: alicui delatũ habe[illegible] , ſi nẽpe is, qui ſuſce-
pit delatũ, ante præſtationem nulla ſua culpa int[illegible] pore ſententiæ pro-
nunciatæ aut intra terminum datum ad jurandun[illegible] *l. 39. de R. I. junct. l.*
ult: in f. C. ad L. Jul: rep: non tn. eodem modo fac[illegible] heredem tranſit, ſed
hic ſuam intentionem legitime probare tenetur [illegible] um perſonam juran-
tis non egreditur nec heredem obligat *arg. l. 28 §* [illegible] *ad Weſ: de jurej n 9.*
Purgatorium Jusjurandum eſt, quod judex alter[illegible] n l. in defectum pro-
bationis, modo quis ſit gravatus ſuſpicionibus, m[illegible] am ſufficientibus, vel
quando minus quàm ſemiplenè contra reum q[illegible] n, ex officio ſui pur-
gandi cauſa defert *c. ult: de purg: can: Nov: 72 c. 3 au*[illegible] *C. de pœn: jud. Hahn.*
d. l. O. C. p. 2 tit. 10 Pac: l. 1. c. 39 n. 13. & 14 & c. 51 n. 23 [illegible] habet non ſolum in
civilibus, quantumvis famoſis, ut actione injuri[illegible] n criminalibus l. hæc
ſint atrocia ſ. non *d. c. u t: de purg: can. l. f. C. de abo*[illegible] *bus, qui not: inſ 11 X de*
purg:

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735193606/phys_0009
DFG